

De Sancta

Cecilia

ra. ecce angelica societas. Ac si aliquis ver-
bis apre dicat Martinus de loco infimo
ingreditur ad celi sublimitatem. & statim men-
tico ad celi vberitate. de statu despecto ad
angelicam societatem.

De sancta Cecilia virgine.

Sermo primus.

Quesivi sponsam

eam mihi assumere. & amator fa-
ctus sum forme illius. Et infra. doctrine
est enim discipline dei Sap. viij. Inter ce-
teras virgines di beata Cecilia tria priui-
legia habuit que in premisis verbis anno-
tant. Primum est quod ipsa fuit sponsa cristi
gloriosa cum deo. Quiesivi sponsam eam mihi
assumere. Habuit autem duos sponsores. scilicet
christum & valerianum. Christus in ipsam des-
ponsauit & per caritatem sibi coniunxit. Iuxta
ij. Recordatus sum tui miserans adoles-
centiam tuam & caritatem desponsationis
tue. Quia autem sponse christo desponsant an-
nulo substant. Annulus ille amorem fig-
nificat qui debet sponsum & sponsam unire
qui annulus ponitur in quarto digito & so-
lus ponitur. Et est rotundus. & debet esse au-
reus. Per primum significat quod sponsa de-
bet diligere christum sponsum precordialiter. quod a
corde procedit quedam vena que in digito
quarto respondet. Per secundum significat
quod debet ipsam diligere singulariter. Si enim
duo annuli in duobus digitis ponerentur vi-
deretur quod posset diligere deum & mundum
Per tertium significat quod debet eum diligere
perpetualiter ut sicut annulus qui est speci-
cus finem non habet. sic nec amor ille im-
perpetuum finitur. Per quartum significat quod
debet ipsum diligere excellenter ut sicut aurum
omnibus metallis excellit. sic & amor ille omnibus
aliis excellat amoribus. Ista quatuor no-
tantur Luc. x. Diliges dominum deum tuum ex
toto corde tuo. id est precordialiter. & ex tota
anima. id est singulariter dando sibi totam animam

tuam. & ex omnibus viribus tuis. id est firmiter
& perpetualiter. & ex omni mente tua. id est excel-
lenter. ut amor tuus radices in mente que
est pars superior rationis. Habuit enim sponsus
valerianum quem ipsa traduxerat & nuptias
celebrabat. In nuptiis autem consueverunt
fieri magna convivia dissoluta solacia de-
ferri varia vestium ornamenta & dici verba
lascivia. Alii quidem diversis epulis se in-
gurgitant. ista tamen biduanis ac tridua-
nis ieiunans se macerabat. Alii se vestimen-
tis mollioribus induebant. ista cilicio membra
domabat. Alii verba vana & lascivia dice-
bant. ista vero evangelium absconditum
in corde suo portabat. & nec diebus nec no-
ctibus a colloquiis divinis & oratione cessa-
bat. Secundum preconium est. quod ipsa fuit
christi sponsa cum dicitur. Amator factus
sum forme illius. Ista autem pulchritu-
dinem virginalem per quatuor preservatur.
Primo per corporis macerationem. quia cili-
cio membra domabat. & corpus continuis
ieiuniis macerabat. Legitur. ij. Machabe.
xij. quod iudas interfecit maximam elephant-
torum cum his qui suppositi erant. Ma-
ximus elephantorum. id est diabolus. & hi qui
suppositi sunt. scilicet caro & mundus per quos
diabolus pugnat. Qui ergo vult servare
corporis mundiciam debet interficere dia-
bolum ne malas suggestiones immittat
carnem ne lasciviat. & mundum ne delec-
tamenta offerat. Secundo per deuotam ora-
tionem. quod sicut deus de ea modo interpella-
bat angelos ut preservarent suam virginitatem
& modo apostolos ut preservarent sue fidei sincer-
ritatem. modo martyres ut inter supplicia
darent instantiam. modo presbiteros ut prestando
fidem darent. modo virgines ut suam preservarent
mundiciam. Tercio per sermonis dei continuam
meditationem. unde deus quod evangelium christi
absconditum gerebat in pectore. Psal. In
corde meo abscondi eloquia tua etc. Ver-
ba enim domini sunt sagitte & carbones. ps.
Sagitte potentis acute cum carbonibus.

Sagitte ideo carnem configunt per timorem. **ps.** Confige timore tuo carnes meas. **Carbones** ideo videntur per amorem. **ps.** Ore cor meum et rennes meos. **Quarto** per suspecte familiaritatis vitatorem. **Non** enim habebat familiaritatem nisi cum personis sanctis. sicut cum urbano episcopo. et cum pauperibus quos ipsa nutrebat. **Nam** **fm** **Criso.** Periculū magnū est mulieribus de uoris familiaritatem habere cum uiris duplici de causa. **Una** est. quod mulieres sunt incaute et molles. **Quia** incaute. ideo cito decipiuntur. **Quia** molles. ideo cito flexi erunt. **Virginibus** autem est maius periculum. **Sicut** idem dicit triplici de causa. quod scilicet sunt incaute. et quod sunt molles. et quod sunt inexperience. **Non** enim adhuc sunt experite fraudulencias atque astutias hominum. **Ubi** uero est maximum periculum. et hoc quod duplici de causa. **Et** quod sunt incaute. et quod sunt molles. et quod sine uiri solatione. et quod diuitiarum suarum sunt domine. **Tercium** periculum est. quod fuit predicatoris gloriosa cum dicit. **Doctrin** est enim discipline dei. **Predicauit** autem uerbis. exemplis et miraculis. **Ubi** ut fidei trinitatis tenerent. ut labori insisterent. ut martirium diligerent. ut mundanam potentiam non timerent. **De primo** ponit exemplum tale. **Sicut** in una anima sunt tria. scilicet ingenium. memoria et intellectus sic et in una diuinitatis essentia sunt tres persone. **De secundo** tale. **Gloriali** tempore laborantibus agricolis sunt alij ociosi iocantes et agricolas deridentes. **Sed** tempore estiuo cum adueniunt gloriosi fructus gaudentibus illis qui reputabant vani. **Sic** qui videbant urbani. **De tercio** tale. **Mori** pro christo non est vitam perdere sed mutare. dare lutum et accipere aurum. dare vilem angulum et accipere foris placidum. dare simplicium et accipere centuplum. **De quarto** tale. **Potestas** mundana est quasi vter ventris repletus quem si acus pupugerit omnis prius rigor euanescit. **Predicauit** etiam ex

emplo. quod cum fideles ad tria induceret. scilicet ad martirium. et sustentationem pauperum et audiendum dei verbum. **Dec** tria seruauit. quod et corpus suum martirio exposuit. et omnia sua pauperibus erogauit et uerba dei semper in corde portauit. **Predicauit** etiam in miraculis. quod coronas flos de paradiso affert fecit. angelos sepe demonstrauit. et ut paulus apostolus ad valerianum ueniret obtinuit et urbanum in uultu angelico demonstrauit. **Tyburcium** et valerianum peruertit. **Almachium** iudicem superauit. **Alias** tyburcij et valeriani in celum ascendentes demonstrauit.

Eodem die Sermo. ij.

Mulier diligens corona est viro suo. **Prover.** xij. Sancta cecilia fuit diligens. quod diligenter deo seruauit. **Et** fuit corona sibi et viro suo. **Sibi.** quod coronam martirij acquisiuit. **Vi**ro suo quod ipsum ad fidem peruertit. et ad coronam martirij animauit. **Hic** est quod angelus duas coronas de lilijis et rosis attulit. et unam sibi et alteram suo sponso dedit. **Per** lilium uirginitas et per rosas martirium designatur. **Per** quod significatur quod merito uirginitatis et martirij debebant in celestibus coronari. **In** premissis ergo uerbis tria de ea notantur. **Primum** quod ipsa diligenter deo seruauit cum dicit. **Mulier diligens**. **Qua** tuor siquidem a deo accepit. scilicet corpus et animam. tempus. et res temporales. et de hijs deo seruauit diligenter. **Primo** de corpore suo. **Cum** enim triplex sit eras corporis. scilicet iuuentus. que est quasi uinum purum. senectus que est quasi fex. et media inter has duas que est quasi uinum mixtum. **Ista** noluit expectare maturam vel senilem etatem. sed in sua iuuentute et adolescentia deo seruauit. **Hic** remie secundo capitulo. **Recordatus** suus tui miserans adolescentiam tuam. **Secundo** de corde suo. **Cum** enim in corde

De Sancta

Cecilia

sint mēoria. intelligentia et voluntas ipsa deo dedicauit suam memoriā p diuinorū beneficiōz recordatōz. suam intelligētiā p veram de deo cognitōnem. et suam volūtatē p vērū amorē. Sed multi sunt qui memoriā dant diabolo habēdo in mēoria carnis immūdicias et iniurias sibi factas. et voluntatē dant mūdo diligēdo vanitates mūdanas. intelligentiā autem volunt dare deo p fidē. Tales sunt quodāmodo deū negantes. ad **Litū. j.** Confi-
tentē se nosse deū. factis autē negant. sunt demonibz similes **Iac. ij.** Tu credis quū vnus est deus. demones credunt et ptes misceunt. Sunt mortui **Ia. ij.** Fides sine opibz mortua est. Tercio diligenter seruiuit deo de tpe suo. Cum ei sit triplex tps scz ptesens pteritū et futurū. ipsa totum expendit ad dei honorē. Dicit autē **Bern.** qd vere penitens nihil pdit de tpe suo. qz et si pteritū pdidit. restaurat p pntōnē. et ptesens tenet p bonā opatōnē. et futurū p boni ppositi firmitatē. Sed multi sunt qui totū tempus pteritū vanitatibz expenderunt. totū ptesens in malis operibz psumūt. futurū autē deo dare volunt dicētes se adhuc penitentiā facturos. cum tū dicat **Ecd. viij.** Futura quis nullo scire potest iudicio. Quarto diligēter seruiuit deo de rebo suis qz omnia vendidit et pauperibz erogauit. Sunt qui habent spalia ad supabundantiā. et d istis facere elemosinas est meritum magnū. Sunt qui hnt ad sufficiētiā. et d istis facere elemosinas est meritū maius. De his duobz d **Thobie. iij.** Si multum tibi fuerit abundanter tribue. si exiguum etiam libenter impartiri stude. Sunt q habent ad necessitatez extremam. Et de istis facere elemosinas est meritum maximum. sicut pz de vidua **Luce. xxi. capi.** Beata enim Cecilia supflua non habuit et sufficiētia tribuit et necessaria paupibz erogauit. Scdo fuit corona sibi ex eo q coronam martyrij ac-

quisiuit. quod quidem martyriū quinqz reddunt pmiendabile. Primum est quia magnū pmet miraculū. tota quidem die ac nocte igne supposito in caldario posita fuit et mane illela exiuit. **Ecd. ij.** In medio ignis non sum estuata. Secundū est qz pmet magnū misterū. Fuit em ter in collo pcussa vt ostendat q in nomine trinitatis sit passa. et sic fidem trinitatis edocuit verbo misterio et exemplo. Tercū qz pmet magnū exemplū. ipsa ei pcussa tri-
duo supuixit. in quo oia paupibz tribuit. et oēs quos ad fidem puerit urbano cōmendauit. domū suā in ecclesiā edificari fecit. In hoc dat nobis exemplū vt in extremis positi curam principaliter habeamus bona spalia paupibz distribuere. et filios tutoribz deū timentibz relinquere. domos nostras in hospicia paupz cōmutare. Quartū est qz hnt magnā plongationē. cum em carnifer tribz ictibz eam pcussisset. nec eaz decollasset. nō fuit ausus quartā pcussionē inferre. qz inhibitu erat a romanis ne decollandus quarrā pcussionem acciperet. et sic sancta Cecilia vulnerata supuixit tribz diebz. Quintū est. qz pmet magnā deuotōnē. cum em esset semimortua. tū p tres dies nō cessabat deū orare. deū benedicere. et populū amonere et in fide christi pfirmare. Tercio fuit corona sponso suo. qz ipsum puerit et ad martyriū animauit. Sponsus quidē suus vt in legēda pz erat zelotipus idolis dedit? circa diuina nimis insipidus et supbus. Ipsa vero erat angelo in custodiā tradita seminatix diuina. apīs argumentosa. et christi onis mansueta. Quia igit erat angelo in custodiam tradita et ille zelotipus ideo ipsum zelotipum p angelum amaretur tenuit. et ab amore carnali cōpescuit dicens Angelum dei habeo amatore qui nimio zelo custodit corpus meū et cetera. prime. ad **Corinthios. iij.** Si quis templum dei violauerit dispedet illum deus.

Quia erat seminatric diuina et ille ydolis deditus. ideo semen fidei in eius corde seminavit et ipsum ad fidem peruenit. Unde dicit urbanus. Suscipe seminum fructus quos in cecilia seminasti. Quia erat apis argumentosa et ille nimis insipidus. idcirco ipsum speciali dulcedine dulcorauit. Eccl. xj. Breuis in volatilibus est apis et in cibus dulcoris habet fructus eius. Quia ipsa omnis mansucta et ille superbus. ideo ipsum tanquam agnum mansuerunt peperit. Unde dicit urbanus. Nam sponsum quem quasi leonem serocem accepit ad te quasi agnum mansuerissimum destinavit. Isa. xj. Vitulus et leo et ovis morabuntur simul. et puer parvus minabitur eos. Vitulus erat tyburci prius lasciuus. Leo erat valerianus prius superbus. Quis erat cecilia mansueta et secunda. Isti morati sunt in simul. et puer paruulus. id est urbanus humilis minabat eos. quia ceciliam spiritus nutritiuit. et valerianum et tyburcium baptizauit.

Eodem die. Sermo. iij.

Brenis in volatilibus est apis et in cibus dulcoris habet fructus eius. Eccl. xj. Cecilia apis vocata est. sicut testatur urbanus dicens. Cecilia famula tua quasi apis argumentosa tibi deseruit. In istis ergo verbis predictis a sal. et urbano quinque implicantur. scilicet quod sancta Cecilia fuit apis. et brevis apis. et volatilis apis. et mellificans apis. et argumentosa apis. Primo fuit apis in quantum exercitauit se circa dulcedinem deuotionis. Vel quidem generat a rore et a flore miro apis artificio. edificata de cera domo ne mel defluat sed perseruetur. Deuotio quidem spiritualis habetur a rore sancti spiritus infundente. Plume. xj. Cum descenderet ros scilicet gratie spiritus sancti. descenderat et manna scilicet deuotionis. Et habetur a flore id est puritate florida premerente. Canonicorum. i. Lectulus noster floridus. Dabitur apis artificio. id est ab exercitatu et me-

ditanti animo. ps. In meditatione mea exardescet ignis. Conseruat autem in vase solido. id est per patientiam et perseverantiam firmam. Alias enim spargitur. si per impatientiam frangitur. Ecclesiast. xxi. Cor fatui quasi vas confractum omnem sapientiam non tenebit. Secundo fuit apis brevis in quantum se exercitauit circa humilitatem que consideratur. et quia brevis dicitur. et quia mel ab ipsa generat. Per mel enim humilitas intelligitur. quia mel est in fundo melius. quia de celi rore generatur. Oleum vero in superficie melius esse perhibetur ex eo quod est terreste et grossum. Vinum vero melius est in medio ex eo quod inter hoc est mediocritas nature. Per oleum ergo intelligitur caritas que est condimentum omnium virtutum. et ista est meliora superiori. quia quanto plus ad deum eleuatur tanto preciosior inuenitur. Per mel designatur humilitas que facit cor dulce et suave. Illa autem humilitas maioris meriti existit quam ad yma magis descendit. Per vinum intelligitur mentis iocunditas. Istia non debet se nimis eleuare per ineptam letitiam. nec nimis se deprimere per seculi tristitiam sed in medio consistere per modestiam. ij. Corint. v. Sine mente excedimus deo. ecce quomodo eleuabat se per caritatem. sine sobrietate sumus vobis. ecce quod tenet se in medio per sobrietatem. Deinde subdit. Estimantes quoniam si unus pro omnibus mortuus est. igitur omnes mortui sunt. Ecce quod per humilitatem se deponebat. quia se mortuum reputabat. Tercio dicitur apis volatilis in quantum exercitauit se per contemplationem. Apes autem ad volandum per quatuor inducuntur. scilicet per tempus serenum per abundantiam florum. per dulce vinum. et per sonum. Sancta ergo Cecilia ad deum volauit per contemplationem. quia in ea serenitas fuit conscientie. flos puritatis. et mundicie. vinum iocunditatis interne. et sonus allocutionis diuine. Canonicorum. ij. ca.

Surge prope amica mea et veni. scilicet ad
contemplandum. iam enim hyems transijt
imber abijt et recessit. Ecce serenitas psie
Flores apparuerunt. ecce flos puritatis
et mundicie. vox turturis audita est in terra
nostra. ecce vox allocutionis diuine. Que
vox turturis dicitur quod in anima lamentum facit
Et infra. Veni de libano. ecce vinum iocun-
ditaris interne. de quo vino dicitur Osee
xiiij. Memoriale eius sicut vinum libani.
Vinum libani secundum glo. dicitur vinum pigmenti
tatum quod est odoriferum. Quarto dicitur mellis-
ficans apes in quibus exercitauit se circa dul-
cem doctrinam et exhortationem per quam
multos ad deum traxit. Sed notandum
quod apes si multum de melle eis dimittant
modicum operantur. sed in ocium resoluuntur
si nimis parum quasi conturbate modicum
operantur. si mediocriter sollicite operantur.
Per quod datur intelligi quod nimia dulcedo et
lenitas in prelatis facit subditum negli-
gentem. modica vero passio facit subditum
precipitem. Parata vero correctio facit sub-
ditum esse seruientem. Necessesse est ergo ut sit
lenitas in seueritate et seueritas in lenitate
Hinc est quod mel ponitur in medicinis ama-
ris triplici de causa. scilicet ut amaritudo medi-
cine mellis dulcedine temperetur. ut per mellis
dulcedinem medicina a membris attra-
hatur. ut a corruptione medicina preseruetur
per quod datur intelligi quod quando prelatus
prospicit subditis medicinam amare incre-
pationis. debet ipsam dulcorare melle pa-
terne passionis. et tunc talis compassio
suauiter accipitur et a membris anime. scilicet
memoria. intelligentia et voluntate incor-
poratur et a peccati putredine anima preser-
uatur. Quinto dicitur argumetosa apes. que
quidem sagacitas attenditur quibus ad tria
Primo cum spe subleuante habuit timorem
deprimentem. Apes enim quando ventus
imminet. lapillos intra pedes portat. ne
per sui leuitate a vento rapiatur. sic sancta
Cecilia lapidem preciosum. id est euangelium

et timorem diuinum semper portabat abscon-
ditum ne rapi posset per aliquem amorem
mundanum. Secundo quod habuit prudentiam totam
suam vitam proponentem. sicut enim dicitur in
lib. de animalibus. apes ordinate mella com-
ponunt. nam alie flores adducunt. alie de
floribus rorem colligunt. alie aluearia com-
ponunt. alie mellificationem intendunt. Sic
etiam beata Cecilia modo flores de paradiso
colligebat quos angelus sibi detulit. scilicet
lilia virginitatis et rosas caritatis. modo
rorem celestem scilicet spiritus sancti gratiam qui
ipsam germinare faciebat. Osee. xiiij. Ero
quasi ros israel germiabit quasi lilius. modo
aluearium. id est corpus suum componebat et
custodiebat. d. Fiat cor meum domine et cor-
pus meum immaculatum ut non confundar
modo mellificationem intendebat. id est. dulci de-
uotioni insistebat. Tercio quod cum dulci ex-
hortatione habuit seueritatem deterren-
tem. Apis enim fugit saluginem terre. et sic dul-
cedinem mellis temperat. Et inde est quod mel
aliquotulū habet acuminis. per quod intelligitur quod
sancti viri aliqui verbis dulcedis inserere
debent verba seueritatis. vnde beata Cecilia
sponsus suus primo allocuta est dulciter. d.
O dulcissime et amantissime inuenis me.
Deinde ipsius tenuit dicens. Ego angelum
dei habeo amatorem qui nimio zelo custodi-
dit corpus meum. hic si vel leuiter senserit
quod tu me amore polluto contingas te ipsum
feriet et amittes florem tue gratissime iuue-
nitatis. et sic ipsum mollicauit dulciter allo-
quendo. et perurgebat ipsum grauiter deterrendo

De sancto Clemente papa.

Sermo primus.

Quoniam putas est
fidelis seruus et prudens quem
constituit dominus super seculum. ut dicit illi. et cetera. et cetera.
Matth. xxiiij. Sanctus Clemens cum
quibus privilegiis habuit que in premissis verbis
annonant. Primum est. quia fuit in mi-
raculorum operatione fidelissimus cum dicit.